potest; inquietum malum plenum ueneno
mortifero. In ipsa benedicimus deum
et patrem et in ipsa maledicimus homi
nis qui ad similitudinem dei facti sunt
ex ipso ore procedit benedictio et
maledictio. Non oportet fratres mei
haec ita fieri. Numquid fons de eodem
foramine emanat dulcem et amaram
aquam. Numquid potest fratres mei
ficus oliuas facere aut uitis ficus. Sic
neque salsa dulcem potest facere
aquam. Quis sapiens et disciplinatus in
ter uos ostendat ex bona conuersa
cione operacionem suam in mansuetudi
ne sapienciae. quod si zelum amarum
habetis et contenciones in cordibus
uestris. Nolite gloriari et menda
ces esse aduersus ueritatem. Non est
ista sapiencia desursum discendens.
Sed terrena animalis diabolica. Ubi
enim zelus et contencio. Ubi cons
tancia et omne opus prauum. quae
autem desursum est sapiencia pri
mum quidem pudica est. deinde paci
fica